

Quæ laterum cratem perrupit, et ossibus hærens
 Intremuit. Trahit ille manu sine cuspidè lignum:
 Id quoque vix sequitur: cuspis pulmone retenta est.
 Ipse dolor vires animo dabat; æger in hostem
 Erigitur, pedibusque virum proculcat equinis.
 Excipit ille ictus galeâ, clypeoque sonanti,
 Defensatque humeros, prætentaque sustinet arma,
 Perque armos uno duo pectora perforat ictu.
 Ante tamen letho dederat Phlegæon, et Hylen,
 Eminus: Hiphinoum collato Marte, Clanisque.
 Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat
 Pelle lupi, sævique vicem præstantia teli
 Cornua dura bouum multo rubefacta cruore.
 Huic ego (nam vires animus dabat), Aspice, dixi,
 Quantum concedant nostro tua cornua ferro:
 Et jaculum torsi: quod eum vitare nequiret,
 Opposuit dextram passuræ vulnera fronti;
 Affixa est cum fronte manus. Fit clamor: at illum
 Hærentem Peleus, et acerbo vulnere victum
 (Stabat enim propior) mediam ferit ense sub alvum.
 Prosiluit, terraque ferox sua viscera traxit,
 Tractaque calcavit, calcataque rupit, et illis
 Crura quoque impediit, et inani concidit alvo.
 Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit:

Laterum cratem. Le coste che sono fatte in modo che sembrano formare un craticcio. Anche Virgilio ha: *costarum crates*.
Vix sequitur. A stento esce: appena segue la mano che lo trae.
Excipit etc. Oppone l'elmo e lo scudo ai colpi.
Prætentata . . . sustinet. Oppone alla difesa le armi.
Duo pectora. Di uomo e di cavallo.
Collato Marte. Da vicino, a corpo a corpo. È l'opposto di *eminus*.
His. A questi uccisi da me. E Nestore che parla.
Vicem præstantia etc. Invece d'armi stringeva in mano due corna di bovi.

Affixa est etc. Così il Tasso, *Gerus. C. XI*

La fatal canna arriva e in fronte il punge:
 Stende ei la destra al luogo ove l'ha colto.
 Quando nuova saetta ecco sorgiunge
 Sovra la mano, e la configge al volto.

Hærentem. Immobile.

Nec te etc. Bel modo di dar varietà alla narrazione. Il poeta commiserando la morte di Cillaro, ritrae per un momento l'animo dei lettori dalle stragi, e ne ricrea colla descrizione della bellezza del giovine Centauro.

Redemit. Liberò dalla morte.

(Si modo naturæ formam concedimus illi)
 Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aureaque
 Ex humeris medios coma dependebat in armos;
 Gratus in ore vigor: cervix humerique manusque
 Pectoraque artificum laudatis proxima signis:
 Auctor in incerto est; jaculum de parte sinistra
 Venit; et inferius, quâ collo pectora subsunt,
 Cyllare, te fixit: parvo cor vulnere læsum
 Corpore cum toto post tela educta refrixit.
 Protinus Hylonome morientes excipit artus,
 Impositaque manu vulnus fovet, oraque ad ora
 Admovet, atque animæ fugienti obsistere tentat.
 Ut videt extinctum, dictis, quæ clamor ad aures
 Arcuit ire meas, telo quod inhæserat illi
 Incubuit, moriensque suum complexa maritum est.

CAP. XI.

Prodezze di Nestore contro i Centauri.

Ante oculos stat et ille meos, qui sæva leonum
 Vinxerat inter se connexis vellera nodis,
 Phæcomes, hominemque simul protectus, equumque,

Si . . . naturæ formam. Se pure può aver bellezza un Centauro, che è di per sè stesso un mostro.

Barba . . . incipiens. La prima lanugine.

Cervix etc. Il collo, le spalle, le mani e il petto pareggiavano in bellezza le statue de' più lodati artefici.

Auctor in incerto est. È incerto chi lo ferisse.

Refrixit. Divenne freddo.

Hylonome. La moglie di Cillaro.

Oraque ad ora etc. Ciò è detto secondo l'uso dei Romani, che solevano abbracciare e baciare gli amici morenti, per accoglierne l'estremo alito, perchè credevano che l'anima uscisse fuori per la bocca. Anche nel Tasso (*Gerus. C. II.*) Olindo dice a Sofronia:

Oh fortunati miei dolci martiri,
 Se impetrerò che giunto seno a seno,
 L'anima mia nella tua bocca io spiri:
 E venendo tu meco a un tempo meno
 In me fuor mandi gli ultimi sospiri.

Telo . . . incubuit. Si trafisse con quel medesimo strale per cui era morto Cillaro.

XI. Ante oculos etc. Mi sembra ancora di vedere quel Centauro, il quale aveva coperto il doppio petto di pelli di leoni tra loro cucite.

Codice qui misso, quem vix juga bina moverent
 Juncta, Phonoleniden a summo vertice fregit.
 Fracta volubilitas capitis latissima: perque os,
 Perque cavas nares, oculosque, auresque cerebrum
 Molle fluit, veluti concretum vimine querno
 Lac solet; utve liquor rari sub pondere cribri
 Manat, et exprimitur per densa foramina succus.
 Ast ego, dum parat hic armis nudare jacentem,
 (Scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis in ima
 Ilia demisi. Chthonius quoque, Teleboasque
 Ense jacent nostro: ramum prior ille bifurcum
 Gesserat, hic jaculum: jaculo mihi vulnera fecit;
 Signa vides, apparet adhuc vetus inde eicatrix.
 Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti;
 Tunc poteram magni, si non superare, morari
 Hectoris arma meis: illo sed tempore nullus,
 Aut puer, Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
 Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti?
 Ampyca quid referam? quid quadrupedantis Oëcli
 Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.
 Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
 Stravit Erigdupum: memini et venabula condi
 Inguine, Nesseis manibus coniecta, Cymeli.
 Nec tu credideris tantum cecinisse futura
 Ampycidem Mopsum; Mopso jaculante biformis

Codice. Tronco di albero.

Juga bina. Due paja di bovi aggiogate.

A summo vertice etc. Lo schiacciò dalla cima del capo sino ai piedi.

Volubilitas . . . latissima. Il capo rotondo e grandissimo.

Veluti concretum etc. Cola il cervello per la bocca, per le narici ecc. come il latte rappreso che posto in una fiscella per le fessure manda fuori il siero.

Exprimitur. Si sprema.

Tuus . . . genitor. Lo sa bene, o Achille, il tuo genitore Peleo che si trovò presente.

Nullus, aut puer . . . erat, etc. O non era nato, o era ancora fanciullo.

Nunc me etc. Ora mi vengono meno le forze.

Gemini. Mezz' uomo, e mezzo cavallo.

Cornum. Asta e giavelotto fatto di corniolo.

Pelethronius. I Peletronii erano un popolo di Tessaglia.

Nec tu credideris. Mopso di Ampico era non solo indovino, ma anche valoroso combattitore.

Occubuit, frustaque loqui tentavit Odites,
 Ad mentum linguâ, mentoque ad guttura fixo.
 Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelumque, Bromumque,
 Antimacumque, Helimumque, securiferumque Pyracmon.
 Vulnera non memini, numerum, nomemque notavi.
 Provolat Emathii spoliis armatus Halesi,
 Quem dederat letho, membris et corpore Latreus
 Maximus; huic ætas inter juvenemque senemque,
 Vis juvenilis erat: variabant tempora cani:
 Qui clypeo, gladioque, Macedoniâque sarissâ
 Conspicuus, faciemque obversus in agmen utrumque
 Armaque concussit, certumque equitavit in orbem,
 Verbaque tot fudit vacuas animosus in auras;
 Et te, Cæni, feram? tu stamen pollice torque;
 Bella relinque viris. Jactanti talia Cæneus
 Extentum cursu missâ latus eruit hastâ,
 Quâ vir equo commissus erat. Furit ille dolore,
 Nudaque Phyllei juvenis ferit ora sarissâ.
 Non secus hæc resilit, quam tecti a culmine grandio;
 Aut si quis parvo feriat cava timpana saxo.

Vulnera non memini, etc. Non mi ricordo del numero delle ferite, ma contai il numero e i nomi degli uccisi.

Emathii. Di Tessaglia.

Huic ætas etc. Era presso a poco, come dice Dante (*Inf. C. I.*)
 Nel mezzo del cammin di nostra vita.

Variabant tempora. Alcuni de' capelli erano bianchi, alcuni neri.

Sarissâ. Asta propria de' Macedoni.

Utrumque. De' suoi, e de' nemici.

Equitavit. Verbo adoprato molto ingegnosamente a significare un centauro che corre.

Certum . . . in orbem. Con maestria, secondo le regole dell' arte.

Cæni, feram? Soffrirò che tu uccida i miei compagni? soffrirò te o Cenide, non Ceneo, meglio adatto alla conocchia e al fuso che all' armi? *Cæni* è posto al genere femminile per dispregio. Anche il Tasso nella *Gerus. C. XI.* ha:

Che si tosto cessate e siete stanche
 Per breve assalto, o Franchi no, ma Franche?

Extentum cursu. Lanciatosi al corso per ferire Ceneo.

Eruit. Percosse.

Quâ vir equo etc. In quella parte ove l' uomo si unisce al cavallo; o, come dice Dante (*Inf. C. XII.*)

Ove le due nature son consorti.

Nuda. Non difesa dall' elmo.

Phyllei. Ceneo era di Fillo città di Tessaglia.

Resilit. Rimbalza indietro.

Cominus aggreditur, laterique recondere duro
Luctatur gladium; gladio loca pervia non sunt.
Haud tamen effugies; medio jugulaveris ense,
Quandoquidem mucro est hebes, inquit; et in latus ensem
Obliquat, longaque amplectitur ilia dextrâ.
Plaga facit gemitus, ut corpore marmoris icti;
Fractaque dissiluit percusso lamina collo.

C A P. XII.

*Ceneo oppresso dai Centauri con una catasta di alberi,
è mutato in nuovo uccello.*

Ut satis illæsos miranti præbuit artus,
Nunc age, ait Cæneus, nostro tua corpora ferro
Tentemus, capuloque tenus demisit in armos
Ensem fatiferum, cæcamque in viscera movit,
Versavitque manum, vulnusque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vasto rabidi clamore bimembres,
Telaque in hunc omnes unum mittuntque feruntque.
Tela retusa cadunt, manet imperfossus ab omni,
Inque cruentatus Cæneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos nova res: Heu! dedecus ingens,
Monychus exclamat; populus superamur ab uno,
Vixque viro: quamquam ille vir est, nos segnibus actis,
Quod fuit ille, sumus. Quid membra immania prosunt?

In latus ensem obliquat. Dapprima lo avea ferito di punta, ora di taglio.

Amplectitur ilia etc. Stringe con una mano Ceneo in mezzo alla persona, per potere più agevolmente tagliargli il collo coll'altra.

Facit gemitus. Fa strepito come se avesse percosso una statua di marmo.

XII. *Fatiferum.* Mortifera.

Cæcam. Che non si vede perchè nascosta nelle viscere.

Vulnusque in vulnere fecit. Lo avea già ferito trapassandogli le viscere: ora agitando la spada dentro alle viscere stesse, fa nuove ferite.

Tela retusa. Descrive in nuova maniera l'invulnerabilità.

Imperfossus. Non ferito.

Inque cruentatus. Non insanguinato.

Elateius. Figlio di Elateo.

Segnibus actis. Codardia.

Quod fuit ille, etc. Siamo donne, come fu egli una volta. Ceneo era nato donna, e poi fu mutato in uomo.

Quid geminæ vires? et quod fortissima rerum
In nobis natura duplex animalia junxit?
Nec nos matre Deâ, nec nos Ixione natos
Esse reor, qui tantus erat, Junonis ut altæ
Spem caperet: nos semimari superamur ab hoste.
Saxa trabesque super, totosque involvite montes,
Vivacemque animam missis elidite silvis:
Silva premat fauces, et erit pro vulnere pondus.
Dixit, et insanis dejectam viribus Austri
Forte trabem nactus, validum coniecit in hostem,
Exemplumque fuit: parvoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.
Obrutus immani cumulo, sub pondere Cæneus
Æstuat arboreo, congestaque robora duris
Fert humeris. Sed enim postquam super ora caputque
Crevit onus, nec habet quas ducat spiritus auras,
Deficit interdum: modo se super aëra frustra
Tollere conatur, jactasque evolvere silvas:
Interdumque movet, veluti quam cernimus, ecce,
Ardua si terræ quatiatur motibus Ida.
Exitus in dubio est: alii sub inania corpus
Tartara detrusum silvarum mole ferebant:
Abnuit Ampycides; medioque ex aggere fulvis
Vidit avem pennis liquidas exire sub auras;
Quæ mihi tunc primum, tunc est conspecta supremum.

Et quod etc. E che giova che la natura abbia congiunto in noi i più forti animali, cioè l'uomo e il cavallo?

Nec nos matre etc. Ixione avendo aspirato a farsi moglie Giunone, essa formò una nuvola a sè somigliante e fecela congiungere a lui. Di qui nacqero i Centauri detti perciò figli delle nubi.

Semimari. Mezzo uomo, vile.

Vivacem. Di vita lunga, tenace.

Elidite. Cacciate a forza.

Dejectam. Svelta.

Parvoque etc. E tosto l'Otri e il Pelio monti di Tessaglia rimasero senz'alberi, poichè i Centauri gli scagliarono contro Ceneo.

Nec habet etc. Non può respirare.

Quam cernimus. Mentre Nestore raccontava queste cose avea dirimpetto il monte Ida di Frigia.

Exitus in dubio est: etc. Non si sa quello che avvenisse. Alcuni dissero che rimase schiacciato dagli alberi: ma l'augure Mopso (figlio di Ampico) lo negò.

Aggere. Massa, catasta.

Quæ mihi tunc primum, etc. Il quale uccello io vidi allora per la prima e per l'ultima volta.

Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus, et ingenti circum clamore sonantem
Aspexit, pariterque animo est oculisque secutus:
O salve, dixit, Lapithææ gloria gentis,
Maxime vir quondam, sed avis nunc unica, Cæneu.
Credita res auctore suo est. Dolor addidit iram:
Oppressumque ægre tulimus tot ab hostibus unum;
Nec prius abstinuit ferro exercere dolorem,
Quam data pars letho, partem fuga, noxque removit.

CAP. XIII.

Periclimene converso in aquila è trafitto da Ercole.

Hæc inter Lapithas, et semihomines Centauros
Prælia Tlepolemus Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidiæ tacito non pertulit ore:
Atque ait: Herculeæ mirum est obliviam laudis
Acta tibi, senior: certe mihi sæpe referre
Nubigenas domitos a se pater ipse solebat.
Tristis ad hæc Pylius: Quid me meminisse malorum
Cogis? et obductos annis rescindere luctus?
Inque tuum genitorem odium, offensasque fateri?
Ille quidem majora fide quoque gessit, et orbem
Implevit meritis, quod mallet posse negare:

Sua castra etc. Mopso vedendolo girare a lento volo intorno alle tende dei Lapiti suoi compagni, disse ecc.

Auctore suo. Per l'autorità e per la fede che aveva Mopso che ciò diceva.

Nec prius etc. Ne ci rimanemmo dallo sfogare il dolore, dall'infierire contro i Centauri prima che ecc.

XIII. *Hæc inter Lapithas, etc.* Mentre Nestore raccontava l'abbattimento tra i Lapiti e i Centauri, Trepolemo uno de' capitani greci ivi presente, non potè soffrire in silenzio che si fossero obliate le prodezze fatte in quella guerra da Ercole suo padre.

Mirum est etc. Mi fa meraviglia che tu abbia dimenticato la gloria di Ercole, il quale sovente soleva narrarmi ecc.

Obductos. Si usa il verbo *obduci* (chiudersi) a proposito delle ferite quando rimarginano, e *rescindi* quando si riaprono. Quindi queste parole sono trasportate assai bene a significare il rinnovamento del dolore obliato.

Inque tuum genitorem etc. L'odio per tuo padre e le offese di lui contro di me.

Majora fide. Maggiori d'ogni credere.

Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus: quis enim laudaverit hostem?
Ille tuus genitor Messenia mania quondam
Stravit, et immeritas urbes Elimque, Pylumque
Diruit, inque meos ferrum, flammamque penates
Impulit: utque alios taceam, quos ille peremit,
Bis sex Nelidæ fuimus, conspecta juvenus,
Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno,
Viribus. Atque alios vinci potuisse ferendum est;
Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusque reponere sumptas
Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.
Hic, ubi nequicquam est formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris, quæ fulmina curvis
Ferre solet pedibus, divum gratissima regi.
Viribus usus avis, pennis rostroque redunco,
Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.
Tendit in hanc nimium certos Tirynthius arcus,
Atque inter nubes sublimia membra ferentem,
Pendentemque ferit, lateri quæ jungitur ala:
Nec grave vulnus erat; sed rupti vulnere nervi
Deficiunt, motumque negant, viresque volandi.
Decidit in terram, non concipientibus auras
Infirmis pennis; et, quæ levis hæserat alæ,
Corporis affissi pressa est gravitate sagitta,
Perque latus summum jugulo est exacta sinistro.
Num videor debere tui præconia rebus

Sed neque Deiphobum etc. Deifobo figlio di Priamo: Polidamante d'Antenore. Il senso è: se non meritiamo mala voce per non lodare Deifobo, Polidamante, Ettore, nostri nemici, quantunque valorosissimi, neppure io debbo essere ripreso da te se non lodo Ercole nemico mio.

Messenia. Città del Peloponneso: così Elide e Pilo.

Inque meos ferrum, etc. Messe a ferro e a fuoco la mia casa.

Bis sex Nelidæ. Fummo dodici figli di Neleo, fiore di giovani, i quali tutti, tranne me, Ercole uccise.

Reponere. Deporre.

Volucris. Aquila.

Viri. Di Ercole.

Tirynthius. Ercole così detto da Tirinto città del Peloponneso.

Sublimia membra ferentem. Che volava alto.

Et, quæ levis etc. E la saetta che era rimasta leggermente infissa nell'ala, per la gravità del corpo vi si conficcò in modo che la punta uscì fuori dalla parte opposta.

Herculis, o Rhodiæ ductor pulcherrime classis?
Ne tamen ulterius, quam fortia facta silendo,
Ulciscar fratres, solida est mihi gratia tecum.

C A P. XIV.

Nettuno incita Apollo alla rovina di Achille.

Hæc postquam dulci Neleius edidit ore,
A sermone senis repetito munere Bacchi,
Surrexere toris, nox est data cœtera somno.
At Deus æquoreas qui cuspidè temperat undas,
In volucrem corpus nati Stheneleida versum
Mente dolet patriâ, sævumque perosus Achillem
Exercet memores, plus quam civiliter, iras.
Jamque fere tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis:
O mihi de fratris longe gratissime natis,
Irrita qui mecum posuisti mœnia Trojæ,
Ecquid, ubi has jam jam casuras aspicias arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæsa doles? ecquid (ne persequar omnes)

Rhodiæ ductor. Tlepolemo era capitano della flotta dei Rodiani.
Vedi Omero, *Iliad.* II.

Ne tamen ulterius, etc. Pure non farò altra vendetta dei miei fratelli che tacere le geste di Ercole, contro il quale userei gravi parole, se non mel vietasse la forte e sincera amicizia (*solida gratia*) che a te mi stringe, o Tlepolemo.

XIV. *Dulci . . . ore.* Il Tasso (*Gerus. C. II.*) traducendo Omero dice:

. . . Di sua bocca uscieno
Più che mel dolci d'eloquenza i fiumi.

Repetito munere etc. Dopo il discorso, bevuto di nuovo ecc.
Surrexere toris. Si levarono da meusa.

Deus æquoreas etc. Nettuno.

Cuspide. Tridente.

Volucrem . . . Stheneleida. In quell'uccello, (cigno) in cui fu mutato Cicno figlio di Stenelo. Vedi Lib. II. Cap. IX.

Plus quam civiliter. Più del dovere.

Smynthea. Apollo così detto da Sminto città della Frigia, ove avea culto.

O mihi de fratris etc. O Apollo a me caro sopra tutti i figli del mio fratello Giove.

Irrita. Inutili, non durevoli,

Qui mecum etc. Vedi Lib. XI. Cap. VIII.

Ecquid, etc. E non ti duoli, quando vedi presso a cadere ecc.

Hectoris umbra subit, circum sua Pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipso,
Vivit adhuc, operis nostri populator Achilles.
Det mihi se; faxo triplici quid cuspidè possim
Sentiat: at quoniam concurrere cominus hosti
Non datur, occultâ nec opinum perde sagittâ.

C A P. XV.

Morte di Achille. Fra Ulisse e Aiace nasce contesa per il possesso delle sue armi.

Annuìt, atque animo pariter patrique, suoque
Delius indulgens, nebula velatus in agmen
Pervenit Iliacum, mediâque in cæde virorum
Rara per ignotos spargentem cernit Achivos
Tela Parin, fassusque Deum: Quid spicula perdis
Sanguine plebis? ait. Si qua est tibi cura tuorum,
Vertere in Æaciden, cæsosque ulciscere fratres.
Dixit, et ostendens sternentem Troïca ferro
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum,
Gertaque lethiferâ direxit spicula dextrâ.
Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor, Achille,
Victus es a timido Grajæ raptore maritæ!

Pergama. La fortezza di Troia.

Tracti. Achille dopo avere ucciso Ettore, nè trascinò per tre volte il cadavere intorno alle mura di Troia.

Operis nostri populator. Devastatore di Troia da noi edificata.

Det mihi se. Si affidi al mare.

Faxo. Verbo antico invece di *faciam*.

At quoniam etc. Ma poichè a me non è dato di scontrarmi con lui, uccidilo tu all'improvviso con una invisibile saetta.

XV. *Animo . . . indulgens.* Condiscendendo al dolore.

Patri. Di Nettuno.

Delius. Apollo nato nell'isola di Delo.

Fassusque Deum. E datosi a conoscere per un Dio.

Vertere. Imperativo di voce passiva. Rivolgi i tuoi strali da costoro contro Achille.

Fratres. Ettore e gli altri figli di Priamo uccisi da Achille.

Peliden. Achille figlio di Peleo.

Arcus . . . direxit. Diresse l'arco di Paride contro il calcagno di Achille, che era la sola parte in cui poteva esser ferito.

Grajæ . . . maritæ. Elena rapita da Paride in Grecia.

At, si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum,
 Thermodontiacâ malles cecidisse bipenni.
 Jam timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi
 Nominis Æacides; caput insuperabile bello,
 Arserat: armarat Deus idem, idemque cremarat.
 Jam cinis est, et de tam magno restat Achille
 Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.
 At vivit totum quæ gloria compleat orbem:
 Hæc illi mensura viro respondet, et hæc est
 Par tibi, Pelide, nec inania Tartara sentit.
 Ipse etiam, ut cujus fuerit cognoscere posses,
 Bella movet clypeus, deque armis arma feruntur.
 Non ea Tydides, non audet Oïleus Ajax,
 Non minor Atrides, non bello major et ævo,
 Poscere, non alii; soli Telamone creato,
 Laërtaque fuit tantæ fiducia laudis.
 A se Tantalides onus, invidiamque removit:
 Argolicosque duces mediis considerare castris
 Jussit, et arbitrium litis trajecit in omnes.

Fœmineo . . . Marte. Per la mano di un uomo effeminato, com'era Paride.

Thermodontiacâ. Per la scure di Pentesilea la più forte delle Amazzoni che abitavano in Tracia sulle rive del Termodonte. Questa aveva recato aiuto ai Troiani contro i Greci.

Armarat Deus idem. Vulcano avea fabbricato le armi di Achille; e lo stesso Vulcano, cioè il fuoco, avea arso il suo corpo.

Nescio quid, etc. Una piccolissima particella, appena sensibile.

Mensura. Il mondo.

Respondet. E rispondente, conveniente.

Nec . . . Tartara sentit. Non muore. Il Tartaro è vuoto (*inania*) perchè abitato dall'ombre che non occupano spazio.

Ut cujus fuerit etc. Affinchè s'intenda da chi fu portato, cioè da un uomo guerriero.

Deque armis. Si viene alle armi per ottenere le armi di Achille.

Tydides, non audet etc. Non osano di chiedere queste armi nè Diomede figlio di Tideo, nè Aiace figlio di Oïleo, nè i due figli di Atreo, Menelao il minore e Agamennone il maggiore. Solamente Aiace figlio di Telamone, e Ulisse figlio di Laerte ambirono sì grande acquisto.

Tantalides. Agamennone nipote di Tantalò.

A se . . . removit: etc. Non volle aggiudicare le armi nè all'uno nè all'altro per non tirarsi addosso carico, o odio, ma comandò che i capitani greci fossero giudici di tanta lite.

OVIDIO

LE METAMORFOSI

LIBRO DECIMOTERZO

CAP. I.

*Contesa tra Ulisse e Aiace sull'armi di Achille.
 Orazione di Aiace.*

Consedere duces, et vulgi stante corona
 Surgit ad hos clypei dominus septemplex Ajax:
 Utque erat impatiens iræ, Sigeia torvo

1. *Consedere duces, etc.* I capitani greci si assisero in mezzo ai soldati comuni (*vulgi corona*) per giudicare a chi si dovessero dare le armi di Achille. Di questo fatto parlarono molti scrittori greci e latini. Rimangono ancora due orazioni composte da Antistene, una nella persona di Aiace, l'altra in quella di Ulisse. Anche i pittori Timante e Parrasio vennero a gara nel rappresentare questo giudizio. Quinto Calabro ne scrisse distesamente, ma fu di gran lunga superato da Ovidio. Le orazioni che questi mette in bocca ad Aiace e Ulisse sono bellissime e convenientissime alla natura dei contendenti: perchè l'impetuoso Aiace che si crede degradato quando vien messo al paragone di Ulisse, si trattiene a sfogare il suo sdegno contro di lui: mentre all'incontro Ulisse, seguendo la sua natura di volpe, con molta accortezza e facondia tratta la causa, e la vince.

Ad hos. Per parlare a questi.

Septemplex. Coperto di sette pelli di toro, Omero, *Iliad.* VII.

Di sette
 Costruito l'avea ben salde e grosse
 Cuoia di tauro, e indottavi di sopra
 Una falda d'acciar.

Utque . . . impatiens etc. E come colui che non poteva infrenare la collera ecc.

Sigeia. Promontorio della Troade.